





MS
149

149







QVOTIDIA
NI SERMONIS
Formulæ commu-
niores.

EX ERASMI COL-
loquijs, tum alijs, in pue-
rorum vsum des-
cerptæ.

VITEBERGAE
apud Georgium
Rhau.

ADVERSUS CALVMNIAM HENR
decaſyllabi Phalaſij, per Nicolaum
Ditrichum.

Doctorum haud lacerare me libellos
Quisq̄ exiſtimet, At capaciōri
Ætati ſolidos manere norit
Tantum hic effigiare craſſiores
Sub primis pueros ſtudemus annis
Quam frugem facile è ſuis libellis
Excerpti patientur illa primum
Qui ſcripſere, igitur rogo proteruos
Dentes Zoile comprimās. Licbit
Vti tramite cuiq; promptiori
Cui ſeruire nequit breuis tabella hæc
Ἐπάρθαν ἢν ἔλαχες μεμνησὸ κοσμεῖσθ.

INTEGRIMO
VIRO GEORGIO
RHAVO TYPO-
GRAPHO, S.



VM in confesso sit,
artem illam plane di-
uinam, videlicet li-
bros imprimendi, pro
restaurandis, & con-
seruandis, honestis
studijs, nostri seculi
hominibus, diuinitus esse datã, profecto
haud vulgariter de humano genere be-
nemerent typographi, qui huc etiã, nõ
nihil suã opere collocant, vt ij nõ desi-
derentur libelli, quibus bonarum Mus-
sarum Tyrunculi, a prima statim ætate
imbuendi, & ad maturiora studia effin-
gendi, & quasi manu ducendi sunt. Tu
vero Georgi humanissime, selectis &
vtilissimis aliquot istiuismodi libellis,
sub incudem reuocatis, & elegantibus

A ij typis

typis impressis, egregie probasti, te, in
eorum numero non postremas ferre
velle, qui suos conatus reipublice frugis
feros esse laborant. Qui posses autem,
per Iouem te quaeso, impensas facere
sanctiores? Aut de quam hominum
aetate malis opera tam facili, studioque
tam honesto, mereri que optime, que de illa
quae sit omnium inculpabilissima, & in-
nocentiae que proxima? Sunt hi quidem
parui, & inglorij quodammodo ty-
rones, Verum sine quibus nulli vnquam
nec fuerunt, nec esse possint veterani, &
multis nominibus insignes musarum
milites. Dictu mirum que blandas, bal-
bulo pene adhuc ore, pro elegantiuscu-
lo illo Elementario libello, quo per te
suauissime perfruuntur, Nouelli nostri
scholasticuli quotidie tibi gratias agant.
Noui equidem tuam humanitatem,
vel infantulorum blandulum fauorem,
non prorsus nihili curare, Tanta in te
semper erga omnis aetatis homines com-
mitas & φιλανθρωπία, perspecta est, Porro
hinc iam commota altera scholae nos-
trae

stræ classis, Vel etiam hoc nomine, q̄
conterraneum te nouerit, quippe cui
transyluana hec franciæ orientalis ora,
communis sit nobiscum patria, maximo
te rogitat opere, vt hunc libellum, ex
D. Erasmi Rot. Colloquijs familiaribus
& alijs quibusdam opusculis decerp-
tum, elegantibus tuis typis excusum
reddas. Excedit Erasmi liber, iam satis
ingens & absolutus, hanc ætatulam, &
maiori inseruit classi, Tu vir integerr-
me, si has rapsodias isti puerorum or-
dini vsui futuras, & non infrugiferas
iudicaueris, Quæso te hanc opellam
tuis conterraneolis tam des lubens, q̄
facile potes, Sic autem non solum istis
facturus es rem longe tum gratissimã,
tum omnium vttilissimã, Verum etiam
Georgio tuo filiolo, qui iã idem abs te
poscet, Cui vt non ulla opera desis, non
opus est multis admoneri te patrem,
Bene vale Georgi humaniss. & suauiss.
& nos, vti hactenus fecisti, & semper fa-
cis, amare pergas. Salutant te plurimum
Henricus Sellen, & Petrus Eschenbach

A iij mei

mei οὐνεγγοι, Commendo tibi Hen-
ricum fratrem, iterum vale rectissime,
Date Helipurghausen, ex ludo nostro
literario. 10. Calendas Septembris,
Anno dñi, M. D. xxxiiij.

Nicolaus Dithrichus.

HEXASTICHON AD
pueros. ND.

*Deus puer ingenis mentem virtutibus orna
Imberbis discas uerba latina loqui.
Crede mi haud pulchro radiates gemule in auro
Splendida nec bisus, purpureeue toge.
Ingenuum exornant puerum, quantum inclita uirtus
Ingens quam sequitur, gloria, fama, decus.*

**QVOTIDIANI
SERMONIS COMMV-**

niores formulæ.

EX ERASMI COLLO-

quijs excerptæ.

EX PROOEMIO

præcepta.

Non temere docet quidam, vt salu-
temus libenter. Comis enim & blan-
da salutatio, sæpe conciliat amiciciam,
inimiciciam diluit, certe mutuam bene-
uolentiam alit, augetq̃.

Urbanitatis est, salutare obuios,
aut eos, qui nos adeunt, aut quos adie-
mus ipsi colloquendi gratia, Item, ope-
ris aliquid agentes, cœnantes, osci-
tantes, singultientes, sternutantes,
tussientes.

In ructu crepitune ventris saluta-
re, hominis est plus satis urbani, Sed
inciuilius etiam eum salutare, qui red-
dit vrinam, aut exonerat aluum,

A iiii Urbanum

Urbanum est addere cognationis & affinitatis titulum, nisi cum habeant aliquid odij, tum enim præstat abuti plausibilibus, vt, pro Nouerca, mater, pro priuigne, fili, pro caligariæ, calceariæ, Vir honorandæ.

Senes, ignotos adolescentes, filiorum cognomento salutant, Adolescentes vicissim illos, vt patres, aut dominos.

SALVTANDI FORMVLÆ in primo congressu.

Salue pater amantissime.

Salue mea matercula.

Salue mi frater.

Salue preceptor obseruandæ.

Salue condiscipule,

Saluus sis.

Salue plurimum amicorum optime.

Salue vir ornatissime, spectatissime.

Saluete pariter omnes.

Saluete quotquot estis, vna salute omnes.

Salue congerro lepidissime.

Saluete.

Saluete belli homunculi,
Salue iterum atq; iterum.
Salue anicula annos nata quindecim.
Salue puella annorum octoginta.
Saluere te iubeo.
Salutem tibi precor.

RESPONSIO,

Et tu Salue.
Saluus sis tu quoq;.
Et tu tantundem salue mi Nicolae.
Et tu salue perpetuum.
Salue tantundem mi Petre.
Idem tibi reprecor.

BENE PRECANDI formulae.

Et beneprecari salutationis genus est.

CONVIVIS.

Sit foelix conuiuium
Bene sit vniuerso cetui.
Precor omnia laeta omnibus vobis.
Deus bene fortunet vestrum conuiuium.

A v Sternua

STERNVTANTI.

Sit faustum ac foelix.

Seruet te Deus.

Sit salutiferum.

Bene vertat Deus.

AUSPICANTI

quipiam.

Sit foelix & faustum reipublice.

Bono sit omnibus, quod iustituis.

Bene vertat Deus quod agis.

Bene fortunet Christus opt. max. quod
in manibus est.

Faueant superi tuis conatibus.

Eccluciter cedat quod instituiti.

Prosperere succedat, quod auspicatus es.

Bonis auibus cepta, res meliorib⁹ exeat.

PROFICISCENTI

quopiam.

Precor vt bonis auibus hinc abeas, me
lioribus redeas.

Opto. tibi felicem cursum, & recursum
feliciorum.

Sit iter laetum, reditus laetior.

Bonis

Bons auspicijs soluas ancoram.
Vtinam ista profectio succedat tibi ex
animi sententia.
Sospitet te Iesus opt. max.
Saperi propicij, te nobis incolumem
restituant.
Seruet te Deus, animæ meæ dimidium
Opto tibi reditum incolumem.

RESPONSIO.

Maximas tibi gratias ago.
Precor tibi vicissim omnia læta.
Seruet te De⁹ interim quoq; incolumē.
Faxit Deus, vt omnia vtrinq; cedant
ex sententia.

VALEDICENDI.

Bene vale.
Valete omnes.
Cura vt q̄ rectissime valeas.
Valetudinem tuam cura diligenter.
Vale q̄ optime.
Vale in crastinum.
In hoc biduum vale.
Cura, vt sit mens sana in corpore sano.
Responsio

RESPONSIO.

Dabitur quidem opera.

Valebis tu quoq̄.

Et tu fac valeas.

Tibi vicissim precor prosperam valetudinem.

Faxint superi, vt aliquando rediens incolumis, vos incolumes offendam.

IN DIGRESSV.

Quo tu nunc abis?

Quo vadis?

Quo noster Leonharde?

Quo te confers?

Quo se nunc proripit ille?

Quo te Moeri pedes?

Quo properas?

Quonam hinc abitutus es?

Quo nunc iter est?

RESPONSIO.

Confero me domum.

Recipio me in patriam.

Eo in scholam.

Ibo

Ibo hinc ad forum empturus panem,
papyrum, Rus hinc concedo.

Eo ad macellum, allaturus obsonia.

Ex consilio parentum meorum Vite-
bergam proficiscor, ad ampliorem
ingenij cultum capiendum.

Propediam vt a patre percepi, hinc abi-
turus sum.

Commigraturus sum Noribergam,
Basileam, Luteciam.

SALVTARE PER alium.

Frobeniū iubebis meo nomine saluere.
Erasmium mea causa salutabis dili-
genter.

Matri q̄ potēs officiosissime ex me sa-
lutem dicito.

Dic me omnibus omnia laeta precari.

Salutabis mihi sodalitatē diligenter.

Amicos omnes meis verbis salutato

Fratri ex me salutem dicito.

Saluta omnes qui de me percontabunt

RESPONSIO.

Faciam

Faciam diligenter ac sedulo;
Curabo. Fiet. Dabo operam.
Effectum reddam. Curabitur.

BENEPRECANDI contrahenti.

Precor vt hic contractus commodo
bonoq; sit vtriq;.
Precor vt hoc matrimonium voluptati
sit omnibus nobis.
Vtriq; vestrum faustum felixq; sit, pre-
cor. Adsit Deus.

IN NOVI ANNI inicio.

Precor vt hic annus tibi lætis auspicijs
ineat, lætioribus procedat, lætissimis
exeat, ac sepius recurrat semper foel-
licior.

IN EXORTU DIEI.

Precor vt hic dies tibi candidus illuxerit.
Precor vt hic sol tibi foelix surrexerit.
Sit foelix exortus diei.

Bonus

Bonus dies.
Opto tibi bonum diem,
Prosper sit tibi hic dies.

RESPONSIO.

Sit vtrique nostrum prosperrimus.
Habeo gratiam.
Idem tibi reprecor.
Gratia Deo.
Ego tibi vicissim multa secula felicissima
ma precor. Amo te.
Cupio que vis omnia, Amandus es.
Benigne dicis, Comis es.

INSTANTE NOCTE.

Opto tibi noctem prosperam.
Precor tibi noctem placidam.
Contingat tibi foelix somnus.
Det tibi Deus placidam quietem.
Sit tibi fausta nox.
Faustam degas noctem.

RESPONSIO.

At ego tibi pro vna fausta mille precor
faustissimas,
Tantundem

Tantundem tibi reprecor.
Tibi vicissim precor quietem placidam.

FORMVLAE PETENDI
quidpiam a præceptore.

Obseruande preceptor, liceat mihi pace tua, hoc die abesse schola.

Amantissime preceptor, fac mihi potestatem abeundi domum.

Liceat mihi consensu tuo exire ad exonerandum aluum.

Fac mihi copiam exeundi vt reddam vrinam.

Liceat mihi permissu tuo exire ad exonerandam vesicam.

Precor vt sit mihi facultas hoc die laborandi in agro, prato.

Abeundum est mihi rus ex iussu parentis, precor vt id fiat pace tua.

Auocor hinc, preceptor obseruandissime serijs parentum meorum literis, eam obrem q̄ possum amanter te oro, vt hinc migrandi potestatem mihi concedas.

Quod me primum in tuam disci-
plinam humanissime recipere digna-
tus es, deinde, ex quo scholę tuę secta-
tor fui, & fideliter, & accurate tam lite-
ris bonis quę rectis moribus expolire
studuisti, gratias tibi immortales ago.

Humanissime vir, Ego a parentibus
meis missus, & ludi tui fama excitus, huc
appuli, ad vberiore[m] ingenioli mei eru-
ditionem comparandam, quare tuam
humanitatem amanter rogo, vt me in
tuorum gregem recipere digneris, Do-
fidem, me in omnibus quod rectum
erit, quodque tu iusseris, facturum.

INFANTVLI DICVNT

Preceptor, peto
veniam exeundi

Domum
emptum papirum,
panem,
cacatum, mictum.

B Excipiendi

EXCIPIENDI FOR
mulæ reducem.

Gratulor tibi aduentum
Bene factum quod venisti
Aduentus tuus saluus est mihi gratissimus.

Saluum te aduenisse gaudeo,
Gaudeo te aduenisse.

Gratulor mihi quod aduenisti.
Sospitem te adesse volupe est
Gratulamur tibi foelicem reditum.

RESPONSIO.

Gratias tibi ago.

Habeo tibi gratiam.

Ego vicissim lætor, quod incolumis, vos
incolumes offenderim,

Gaudeo quoque me saluum inuenire te.
Adspectus tuus incolumis, vicissim mihi
iucundissimus est.

Pers

PERCONTANDI
FORMA IN PRIMO
congressu.

Georgius.

Liuius.

GE. Ex qua tandem corte, aut cauea
nobis ades? LI Quid ita? G. Quia
male saginatus, Quia macie pelluces
totus, ariditate crepitas, Vnde prodis?
L. E collegio montis acuti. G. Ergo
ades nobis onustus literis. L. Imo pedis
culis. G. Pulchre comitatus aduenis. L.
Sane, nec tutum est nunc viatorem ire
incomitatum. G. Agnosco sodalium
scholasticum, Ecquid nouarum rerum
adfert e Lutecia? L. Illud in primis,
quod scio, tibi videbitur incredibile.
Lutecia Beta sapit, & Quercus contio
natur. G. Quid tu narras? L. Hoc quod
audis. G. Quid ego audio? L. Hoc q
narro. G. Monstri simile, Oportet illic
fungos & lapides esse auditores, Vbi
tales contionentur. L. Atqui sic res ha
bet, Nec audita narro, sed comperta.

B ij Oportet

G. Oportet illic plurimum sapere ho-
mies, si sapit Beta & Quercus. L. Recte
coniectas, G. Vales ne? L. Contem-
plare vultum, G. Quin magis lotium
iubes? An me putas medicum? Non
rogo quid valeas, nam facies loquitur
te belle valere, Sed quomodo tibi pla-
ceas. L. Corpus quidem belle habet,
Sed animo male est. G. At non valet,
qui isthac parte laborat. L. Sic res ha-
bent meę, corpus valet sed ægrotat
crumena. G. facile isti morbo medebis-
tur mater.

PERCONTANDI DE
valetudine, Formulę.

Vt valuisti vsq;? Quomodo tandem
vales? Vt vales? Quomodo tecum
agitur? Satin recte vales? Vt se res
habent tuę? Salua ne res? Satin Salua
res? Quid fit? Quid agitur? Fuisti ne
semper prospera valetudine? Valuisti
ne ex sententia. Ecquid vales?

Respon

RESPONSIO.

Dei gratia bene valeo, Foeliciter valeo,
Optime valeo, belle, recte, gratia superis,
Ego Dei beneficio perpetuo bellissime valui,

Semper prospera usussum valetudine,
Hactenus bona valetudine fui
Varie ut sunt res mortalium.

Prosperissima, fausta, incolumi, foelicissimi
Secunda, prospera, integra, Basilica
Atletica, Pancratica, semper fui valetudine.

GRATVLATIO DE bona valetudine,

L. Faxint superi ut isthuc sit perpetuum,
ac proprium. Letus istud audio,
Voluptatem mihi nuncias.
Est isthuc mihi auditu perquam incundum
Sermonem istum audire ex te vehementer gaudeo,

Isthuc haud inuitus audio,
Oppido laetor isthuc audire ex te,
Ut idem semper facias opto,

B iij Tibi

Tibi gratulor, mihi gaudeo.
Gratia superis, Gratiam habeo superis.

ALIA.

G. Quo pacto vales?

RESPONSIO.

L. Recte, pulchre, belle, perbelle, bel-
lissime, perpulchre, foeliciter, commo-
de, minime, male, Ex animi sententia,
Valeo vt volo, potius q̄ vt mereor,
Basilice, pancratice, atletice. G. Expe-
ctabam vt diceres etiam taurice, Quid
fit? Quid agitur? L. Equidem nihil
ago. Ocium ago, Id quod vides ago,
nempe nihil.

Sedetur, Statur, Scribitur, Legitur,
Nihil fit, parum agitur.

MALE VALERE
formulae.

Non admodum ex sententia valeo.
Vtcunq; valeo, Sic fatis,
Vt possum quando vt volo non licet.

Vt

Vt soleo, ita vt superis visum est.

Secus quam vellem.

Vt solent quibus cum medicis res est.

Haud sane commoda sum valetudine,
Incommoda, per q̄ incommoda, infœ-
lici, aduersa, parum prospera, parum
secunda, mala, infausta, imbecilli, dus-
bia, mediocri, alia q̄ vellem, Qualem
opto hostibus meis.

CONDOLENDI

formulae.

Rem mihi sane q̄ acerbam narras.

Vehementer doleo vicem tuam.

Dolet mihi infortunium tuum.

Sane inuitus isthuc ex te audio.

Prohibeant superi. Auertat Deus.

Bona verba quaeso.

Hic cupiam te vanum esse.

CONSOLANDI

formulae.

Bono sis animo oportet.

Forti infractoq; sis animo.

Quando superis ita visum est æquo ani-
mo ferendum quod fors fert,

B iij Ferendum

Ferendum est, non culpandum quod
mutari non potest,
Fulciendus interim est animus spe me-
lioris fortunæ,
Multum iuuat animus in re mala bo-
nus.

QVID MORBI EST?
Formulae.

Quod mali genus est?
Quis te morbus habet?
Quo morbo teneris?
Quid morbi est?
Quid habes morbi?
Quis te tenet morbus?
Num hydrops est? Num dysenteria?
Num febris? Ad sanitatem gradus est
nouisse morbum,

RESPONSIO.

Nescio, & hoc laboro periculosius,
Negant esse febrim, Non est hydrops,
Opinor febris esse speciem,

DE MORBO LATIUS
percontandi, Formulae.

Quam

Quampridem te habet hoc mali?
Diu est quo teneris isto morbo?
Quantum temporis est quod te hoc
malum corripuit?

Quam diu laborasti illo morbo?
Quoto die recurrit dolor?

RESPONSIO.

Dies plus minus viginti,
Ferme mensis est, iam tertius mensis est
Mihi seculum videtur, Quotidie re-
currit. Sæpius quæ Euripus,

VNDE CONTRAXISTI? Formulæ.

Vnde suspicaris hoc collectum esse
mali?

Qua ex causa arbitraris te in illum
incidisse morbum?

Vnde illum ortum tibi esse morbum
censes?

RESPONSIO.

Ex inedia, E frigore natum arbitror
E putribus ouis morbum ortum suspi-
cor. B v E vino

Ex vino plus satis diluto.
Ex crudis malis contracta est stomachi
cruditas,
Ex potacione largiore.
Ex immodico & intempestiuo studio,
hoc conciliatum videtur morbi,
G. Quin accersis medicum? L. Timeo
ne citius morbum augeat q̄ adiuuat,
Metuo ne pro remedio det venenum,
G. diligendus est igitur cui tuto fidas.
L. Si moriendum est malo semel mori,
q̄ tot pharmacis excarnificatus. G. Fac
igitur vt ipse tibi sis medicus, Si diffidis
homini medico, precor vt sit tibi medi-
ci vice Deus, Nullos ne consuluisti me-
dicos? L. Et quidem permultos. G.
Quid respondent? L. Id quod aduoca-
ti Demiphoni apud Comicū. Alius ne-
gat, alius ait, alius deliberandum cense-
t, in hoc consentiunt omnes me miserum
esse. G. Sospitet te Christus optimus
maximus, Precor vt diuina beneficen-
tia nobis q̄ primum restituaris incolu-
mis, Faxint superi vt pristinam reci-
pias valetudinem q̄ celerrime, Com-
mendo

mendo te Christo medicorum optimo,
is faxit vt q̄ primum conualescas, iam
me tempus alio vocat, vale q̄ optime,

DE CONVIVIS INVITANDIS,

PET. Coenabis hodie domi? CHRIS,
Foris coenaturus sum, foris coenandum
est mihi. Pe. Apud quem? Ch. Apud
socerum meum apud generum, apud
nurum meam, apud affinem meum.
Pe. In crastinum te ad coenam voco,
Cras vt mecum coenes oro, Cras me
cum prandeas rogo, Cras te conuiuiam
mihi volo. Ch. At vereor ne non li
cuerit, vt possim metuo, Veniam si
quidē licebit, at metuo ne non queam,
P. Cur non licebit? Quid sic? Quid
ita? Quamobrem? Quo pacto?
Quid causæ? Quid obstiterit quo mi
nus possis? Ch. Tum quidem domi
manendum mihi est, Vt domi nocte
sim necesse est, Tum certe foris esse
non licet, Cras mihi quoquam ire for
as, liberum non erit, Pe. Vel perendie
apud

apud me sis oportet, Saltem perendino
die ad coenam venias necesse est, Quare
to ab hinc die non grauaberis te mihi
prebere conuiuam, Die Iouis proximo
non potes effugere quin venias. Ch.
Promittere certo nequeo, Veniam ubi
vtrique nostrum videbitur commodissi-
mum, Veniam quidem, at hac lege, vt
tu postridie eius diei vicissim apud me
coenes,

Faciam eo quidem pacto, vt tu deinde
mihi quoque sis conuiua,

Spondeo futurum, Recipio me factu-
rum, Do fidem futurum, hac quidem
condicione, vt tu mecum postridie
prandeas, P. Age fiat, Esto, Sit ita, vt
vis, Si iubes faciam. Ch. Ego instructus
accedam, Ego munitus veniam, instru-
ctus multa fame accedam, tu vide vt
vulturem expleueris, Parabo ventrem,
ac dentes exacuam, tu vide quibus mo-
dis lupum exatures, P. Age, ad hoc cer-
tamen te prouoco, Age fac pro viribus
pro virili, si quid potes. Ch. Veniam, sed
non incomitatus. P. Tanto venies gra-
tior

rior, Sed quo comite venies? Ch. vmbra.
P. Nec secus possis si modo luce
venies, Ch. Sed vmbra adducturus sum
dentatam, vnam atq; alteram, ne tu me
vocaris impune. P. Age vt libet, modo
ne laruas adducas, Sed explana, si libet,
quid sibi velit vmbrae vocabulum, Ch.
Apud eruditos vmbrae vocantur, qui
ipsi non vocati comitantur eum, qui
vocatus est ad conuiuium. P. Talium
vmbrae adduc quantum voles. Age,
at caue ne me luseris, Caue fallas, Caue
spem frustra foueam, Caue mihi verba
dederis, Vide ne me vana spe lactes.
Ch. Nihil opus iureiurando, in ceteris, in
alijs time perfidiam, hac in re non fallam,
Sed heus tu, caue ne quicquam paraueris
preter quotidiana mea causa, diem
festum volo, Scis me conuiuiam mini-
me edacem, bibacem multo minus,
Nosti enim me conuiuiam non multi
tibi sed ioci plurimi. P. Curabitur di-
ligenter, Ego te Pythagorica cæna ex-
cipiam, aut fortasse frugaliore. Ch. imo
diogenica, si me delectare voles, P. Cer-
te pla-

te Platonica coena te accipiam, in qua
multum sit literatarum fabularum cibi
minimum, cuius voluptas duret etiam
in posterum diem. Ch. Placet, fiat ut
mones. P. Tu vide omnes curas tuas,
ac rugas etiam istas domi relinquant,
Huc praeter nugas & risum nihil adferas.
Ch. Ita fiet, Exporrigemus frontem,
Bellos homuculos agemus, Ridebim⁹
affatim, curabimus cutem, indulgebim⁹
mus genio.

Epicureos agemus, vocabis me per
puerum tuum, ubi voles domi ero, Bene
vale.

DE CVLTV CORPORIS. Versiculi ex Ouidio.

*Mundicie placeant fuscantur corpora campo
Sit bene conueniens, & sine labe toga.*

Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes

Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.

Nec male deformet, rigidos tonsura capillos

Sit coma, sit docta barba resecta manu.

Et nihil emineat & sint sine sordibus ungues

Inq; caua nullus stet tibi nare pilus.

Carpe

*Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi.
Ora nec immunda tota perunge manu.
Neue diu præsume dapes sed desine citra
Quam cupias paulo q̄ potes esse minus.*

C.VRA ET MORES Mensæ.

Puer interne mensam, Est enim tem-
pus prandiij, vel prandio.

Hora est coenandi, vel coenæ.

Expande igitur primum in mensa map-
pam mensalem.

Hinc panes mensæ imponito.

Postea affer orbes, Porrige cultros.

Adpone salinum, Et corbem coclea-
ram, Apta circulum, Elue calices,

Da mappas manuarías, & in patina
aquam recentem ad lauandas manus,

Aut ministra aquam ex gutto linteo,
ex humeris suspenso, dum omnes laue-
rint,

Hinc discumbentibus conuiuís
affer e culina epulas, Apposito cibo

stans verecunde & honeste complica-
tis manibus ante mensam, fungere tuo

officio & consecra coenam, vel pran-
dium.

CON

CONSECRATIO MEN-

sæverficulis per

Philip. Melanch.

*His epulis donisq; tuis benedicito Christe
Ut foueant iussu corpora fessa tuo
Non alit in fragili panis modo corpore uitam
Sermo tuus uitæ tempora longa facit.*

ALIA, EX PSALMO.

Oculi omnium in te sperant do-
mine, & tu das illis escam ipsorum in
tempore oportuno, Aperistu manum
tuam, & imples omne animal benedi-
ctione. Kyrie eleyson, Christe
eleyson Kyrie eleyson.
Pater noster qui es in celis etc.

Oremus. Benedic nos domine Deus
pater noster celestis, & hæc dona, que
de tua largitate sumimus, Per Iesum
Christum Dominum nostrum, Amen.

ALIA, ERASMI.

Quicquid adpositum est, & quicquid
adponetur, foelix & sacrum esse iubeat
qui

qui sua benignitate pascit vniuersa,
Amen.

ALIA, HERMANNI
Buschij.

*Quæ nunc sumemus membris alimenta caducis
Hæc Deus imperio sint benedicta tuo.*

Post hæc si ministerio tuo opus est, fac
sedulus sis apud mensam, Erectus &
verecundus ad mensam stato,
Vultu modesto, non podice ad men-
sam verso.

Oculos non hinc inde conijcias, sed
mensæ aduertito, diligenter animad-
uerte, siquid desit in mensa, vtpote, pa-
nes, potus.

Epulæ, orbis, quadræ.

Si quid erit adferendum, id expeditius
agas, ne moreris eundo.

Breuiter, ad omnia promptus facilis, hi-
laris & paratus esto.

Vbi vero ministerio tuo opus non fue-
rit & discumbendum tibi sit, fac
primum.

Vngues purgatas habeas.

C Hinc

Hinc manus laues,
Post consecrationem autem mensæ de-
center accumbe,
Erectus sede,
Cubito ne te fulcias.
Næc pandas brachia,
Primus ne esto esu
Cibos carpe digitis, nec conde vola,
Proxima te cape.
In orbe ne morare.
Nec mande auide
Nec primus bibe, Non bibe auide,
Bibiturus os terge, non manu, sed
mappula
Alios ne inspicio.
Morsa ne redintinge,
Nec linge digitos.
Nec ossa rode.
Quæq; scinde cultro.
Os non perungas,
Digitos sæpe terge, Nares ne fode.
Non rogatus tace.
Quod satis est ede.

Cum

Cum satur es surge
Rursus manus laua.
Mensalia tolle
Reliquias & fragmenta diligenter
collige.
Quæq; in suum locum repone
Hinc Deo gratias age.

GRATIARVM ACTIO
post mensam versiculis per
PHILIP. MEL.

Postq̄ epulis exempta fames mensq; remota
Dicemus grates nos tibi summe pater.
Non hæc humanas vires alimenta inuabunt
Diuina si non hæc fuceantur ope.
Namq; tuo uiuunt agitata a numine cuncta
Afflatu spirant cuncta ualentq; tuo.
Nunc etiam gratis animis alimenta ministra
Atq; immortalis pectora pasce cibo.
Et quia cura sumus tua nos pater optime serua
Et studia & uita tempora cuncta rege.
Cumq; epulas dederis rerum pater optime nobis
Adde epulis vires pro bonitate tua.

C ij

Alia

ALIA. EX PSALMO.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius, Qui dat escam omni carni, Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibijs viri beneplacitum erit ei, Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorū, Amen. Kyrie eleyson, Christe eleyson Kyrie eleyson. Pater noster qui es etc.

Gratias agimus tibi Domine Deus pater noster cœlestis, per Iesum Christum Dominum nostrum, pro vniuersis donis ac beneficijs tuis, qui viuis & regnas Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

ALIA.

Qui nos creauit, Redemit & pauit, benedictus sit in æternum, Amen.

Alia

ALIA.

*Quod sumus utilibus dapibus potuq; relecti
Laus tibi pro donis sit Deus alme tuis.*

**CVM ADFERS POTVM,
consecrandi formulæ.**

Ecce vinum.

Hoc vinum vobis faustum sit.

Hoc vinum læti bibite.

Cereuisia hæc salutis sit vobis omnibus.

Bono sit potus iste.

RESPONSIO.

Agimus tibi gratias.

Gratia Deo. Adsit Deus.

**PROPINANDI
formulæ.**

Ebibetis ordine suum quisq; calicem.

Ego tibi hoc primum propino Mida.

Tu deinde ceteris propina.

Præbibo tibi dimidiatum cyphum.

RESPONSIO.

Accipio abs te libenter.

Equidem nihil recusabo, Prosit tibi.

C iii Nihil

Nihil tua causa recusabo. Sit saluti.
Præcor ut sit tibi bono,
Sic tibi bonum atq; commodum.

GRATIAS AGENDI
conuiujs, formulæ.

Habeo vobis hospites candidissimæ
gratiam, qui ad hoc conuiuolum, ve-
nire dignari sitis.

Gratiam habeo, qui dignatus sis nostra
adesse conuiuio.

Ego habeo vobis gratiam quod no-
stram exilitatem boni consulitis.

RESPONSIO.

Ego pariter tibi & meo & aliorum no-
mine gratias ago, quod tua humanitas
te ad hoc conuiuolum, longe suauissi-
mum nos vocaris.

Valere sodales optimi.

Bibite non segniter & viuite suauiter.

Percontandi

PERCONTANDI

reducem, formulæ.

G. Fuit ne hoc iter tibi faustum & com-
modum? L. Sic satis, nisi quod nihil vlti-
mè tutum est à latronibus. G. Hic est bel-
li ludus. L. Est, sed sceleratissimus. G.
Pedes aduenis, an eques? L. Partim pes-
destri itinere, partim vehiculo, partim
equo, partim nauigio. G. Tuæ res quo-
tandem in statu sunt? L. In optimo, fœ-
lici, mediocri, tolerabili. G. Quo pacto
se res habent tuæ? num ex voto? L.
Imo supra votum, supra meritum, supra
spem. G. Satin ex sententia? Satin sal-
ua omnia? Satis ne prospera omnia? L.
Res in peiore statu esse non potest, peio-
re in loco negotium non potest esse. G.
Non cepisti igitur quod captabas? Non
contigit præda quam venabaris? L. Ve-
nabar equidem, sed irata delia. G. Ni-
hil reliquum est spei? L. Spei permul-
tum, sed rei nihil. G. Episcopus nihil
ostendit spei? L. Tota plaustra, totas
naues, sed præterea nihil. G. Nihil ad

C iij huc

huc misit. L. Promisit quod largiter, sed ne
teruncium quod misit. G. Ergo spe alendus
est animus. L. Sed hac non saginatur
venter. Qui spe aluntur, pendent, non
viuunt. G. Sed hoc eras ad iter expedi-
tior, quod nihil esset oneris in zona. L.
Fateor, atque etiam tutior. Nulla enim
sunt arma certiora aduersus latrones,
Sed ego malim & onus & periculum.
G. Nihil ne tibi ademptum est in via?
L. Mihi ne? Quid quaeso eripias nudo?
Alijs citius periculum erat a me. Licuit
mihi vacuo uiatori per totum iter canere
& esurire. Nunquid vis? G. Quo nunc
hinc abis? L. Recta domum, salutaturus
penates, iam diu non visos. G. Precor
ut illic omnia offendas laeta. L. Utinam
id velint superi. ALIA,

PERSONAE.

MAVRICIVS CYPRIANVS.

M. Redisti nobis obesior solito, Redisti
procerior. C. At equidem mallem pru-
dentior, aut doctior. M. Imberbis abie-
ras

rās redisti barbatulus. Contraxisti tibi
absens non nihil senij. Quid sibi vult hic
pallor? Quid macies? quid frons ca-
perata? C. Vt est fortuna, sic est cor-
poris habitus. M. Num aduersa? C.
Nunquam quidem mihi alias secunda,
sed nunc quam nunc odiosus reflant.
M. Doleo vicem tuam. Dolet mihi tua
calamitas, Sed quid isthuc mali est? C.
Vniuersæ pecuniæ naufragium feci. M.
In mari? C. Non, sed in littore, nondum
nauem ingressus. M. Vbinam? C. In
littore Britannico. M. Bene habet quod
ipse nobis viuus enatasti. Prestat pecu-
niæ iacturam facere quam vitæ. Leuius est
pecuniæ dispendium quam famæ. C. Vita
famæque incolumi, perijt pecunia. M. Vi-
ta sarciri nullo pacto potest, fama ægre
potest, pecunia facile alicunde sarcietur.
Qui malum hoc accidit? C. Nescio, nisi
si quod sic erat in fatiis meis. Sic visum
est superis. Sic libuit genio meo malo,
M. Vides igitur doctrinam ac virtutem
tutissimas esse diuitias, quæ nec eripi
possunt, nec grauant circumferentem.

C v Pulchre

C. Pulchre tu quidem philosopharis,
sed interim ego ringor.

ALIA.

PERSONAE.

CLAVDIVS BALBVS.

C. Gratulor tibi reduci Balbe. B. Et
ego tibi superstiti Claudii. C. Gratulor
tibi in patriam reuerso. B. Imo gratulare
magis e Gallia profugo. C. Quid ita?
B. Quia illic bellis feruent omnia. C.
Quid Musis cum Marte. B. Atqui illic
ne Musis quidem parcitur. C. Tu igitur
foeliciter elapsus es. B. At non sine peri-
culo. C. Totus alius nobis redisti. B.
Quis sic? C. Ex Hollando versus es in
Gallum. B. Quid? an capus eram cum
hinc abirem? C. Vestis indicat te mu-
tatum esse, ex Batauo in Gallum. B.
Hanc metamorphosin malim quam
gallinam. Sed vt cuculla, non facit mo-
nachum, ita nec vestis Gallum. C. Iam
ne calles Gallice? B. Sic satis. C. Quo
pacto didicisti? B. A magistris haud
quaquam mutis. C. Quibus? B. A mulieribus
culis

culis quouis turture loquacioribus. C.
In tali ludo facile discimus loqui, Sonas
ne probe sermonem Gallicum? B. Immo
& Latinum sono Gallice. C. Nunquam
igitur scribes bona carmina. B.
Quur ita? C. Quia perijt tibi sillabarum
quantitas? B. Mihi satis est qualitas. C.
Quid, est ne Lutecia immunis a pesti-
lencia? B. Non est, sed perpetua non
est, aliquando remittit sese, mox recru-
descit, non nunquam intermittitur, deinde
recipit sese. C. Non sat erat malorum,
vbi bellum est? B. Erat, nisi secus esset
visum superis. D. Annonæ caritatem
isthic esse oportet. B. Immo penuriam,
Omnium rerum illic inopia est, preter
quam sceleratorum militum, Bonorum
virorum illic mira vilitas. C. Quid ac-
cidit Gallis? ut bellum suscipiant cum
Aquila? B. Quia mouet illos exem-
plum scarabæi, qui non cessit Aquilæ.
In bello nemo sibi non videtur Hercu-
les. C. Non te remorabor diutius. Alias
laciis nugabimur, quum erit vtriusque
commodum. Nunc alio me uocant ne-
gociola quædam. Domesticæ

DOMESTICA CONFABULATIO.

Personæ

Petrus, Mida puer,
Iodocus.

P. Heus heus puer, nemon, huc prodit?
M. Hic opinor effringet fores, Familiam
rem oportet esse, O lepidum caput,
Quid adfers mi Petre? P. Me ipsum. M.
Næ tu rem haud magni precij huc at-
tulisti. P. Atqui magno constiti patri
meo. M. Credo, pluris quæ reuendi possis.
P. Sed Iodocus est ne domi? M. Incer-
tus sum, sed visam. Quin tu potius abi
& roga ipsum an velit nunc esse domi.
Abi tu potius, sisque tibi ipsi Mercu-
rius. P. Heus Iodoce, num es domi? IO.
Non sum. P. Impudens, non ego audio
te loquentem? IO. Immo tu impuden-
cior. Nuper ancillæ tuæ credidi, te non
esse domi, & tu non credis mihi ipsi?
P. Aequum dicis, par pari relatum. IO.
Equidem vt non omnibus dormio, ita
non omnibus sum domi, tibi post hac
semper ero. P. Sed tu mihi videre cos
chleæ

ehleæ vitam agere. IO. Qui sic P.
Quia perpetuo domi latitas, nec vsq̃
prorepis, Non secus atq̃ claudus sutor,
iugiter domi desides, Tu tibi domi sitũ
contrahis. IO. Est quod agam domi, fo-
ris nihil est negocij, Etsi quid esset, ta-
men hoc cœlum me dies aliquot a pub-
lico cohibuisset. P. At nunc sudum est,
& inuitat ad deambulandum. Vide vt
blanditur. IO. Si prodeambulare lu-
bet, non recuso. P. Plane videtur hoc
vtendum cœlo. IO. Asciscendus est
vnus, aut alter congerro. P. Fiet, modo
dicas, quos velis. IO. Quid si Hugonẽ
P. Haud multũ interest inter Hugonẽ
& nugonem. IO. Age placet. P. Quid si
Alardũ. IO. Homo minime mutus est,
Quod auribus diminutum est, lingua
pensat. P. Si videtur, Neuium adiunge-
mus. IO. Si quidem dabitur illius copia,
numquam erit fabularum inopia, Pla-
cent confabulones, superest vt locum
dispicias amœnum. P. Ego vero tibi lo-
cum ostendam, vbi nec nemoris um-
bram, nec pratorum smaragdinum vi-
rorem

rorem, nec fontium viuas scatebras de-
siderabis, Dices dignam Musis sedem,
IO. Magnifice polliceris. P. Nimum
affixus es libris, Nimum assides libris,
Immodico studio te maceras. IO. Ma-
lim studio macrescere quam amore. P.
At non ideo uiuimus, vt studeamus, sed
ideo studemus, vt suauiter uiuamus.
IO. Mihi vero vel immori chartis dulce
est. P. Equidem immorari probo, im-
mori non probo, Ecquid voluptati
fuit hac deambulatio. IO. Me quidem
vehementer oblectauit.

ALIA.

PERSONAE.

Egidius

Leonardus,

E. Quo noster Leonardus? L. Ad te
ibam. E. Istud quidem facis insolens. L.
Quam obrem? E. Quia iam annus est
quod nos non uiseris. L. Malo in hanc
peccare partem, vt desiderer, quam vt
obtundam. E. Immo boni amici nulla
est apud me fatietas, Immo quo crebris
us venies, hoc mihi venies gratior. L.
Quid

Quid interim agitur domi tuæ? E. Mul-
ta sane quæ nolim. L. Non miror, Sed
quid rerum gerunt filij? E. Natu maxi-
mus iam dudum maritus est, breui pa-
ter futurus, Minimum ablegavi Luteus-
am, Nam hic nihil aliud quam ludebat
L. Quid eo? E. Ut magister nobis rea-
deat stultior quam exierat. L. Bona ver-
ba. E. Modius iam cœpit initiari sacris.
L. Precor ut bene vertat omnibus.

ALIA.

PERSONAE,
MOPSVS DROMO,

M. Quid fit? Quid agitur Dromo? D.
Sedetur. M. Video, Sed quomodo se-
res habent tuæ? D. Ut solent ijs, quibus
superi sunt parum propicij. M. Isthuc
ominis auertat Deus, Quid agis? D.
Equidem ocium ago, Id quod vides,
nimirum nihil. M. Præstat ociosum esse,
quam nihil agere, Ego te fortassis oc-
cupatum serijs negocijs interpello. D.
Immo maxime vacuum, iam enim me
cæperat ocij tædium, & congerronem
deside

desiderabam. M. Fortassis impedio, in-
terrumpe, interturbo tua negocia. D.
Immo tædium ocij discutis. M. Da ve-
niam si te parum in tempore interpel-
larim. D. Immo in ipso tempore adue-
nis, Opportune te huc attulisti. Opta-
tus ades, Interuentus tuus est mihi ve-
hementer gratus. M. Fortassis aliquid
seriæ rei inter vos agitur, cui nolim esse
impedimento. D. Immo lupus, quod
aiunt, ades in fabula, Nam de te sermo
erat. M. Facile crediderim, nam mihi
huc venienti, mire tinniebat auris. D.
Vtra? M. Læua, Vnde conijcio nihil
magnifice de me fuisse predicatum. D.
Imo non nihil honorificum. M. Vanum
igitur fuerit oportet, Sed quid est bonæ
rei? D. Aiunt te venatorem esse fa-
ctum. M. Immo iam intra casces meos
est præda, quam venabar. D. Quænam?
M. Lepida puella, quam perendie du-
cturus sum. Vosq; oro vt meas nuptias
vestra præsentia dignemini honestare.
D. Quænam est sponsa? M. Aloisia
Chremetis filia. D. Egregium spectato-
rem

rem formarum, Tuis oculis adlubuit illa
nigro capillicio, simis naribus, ore præ
largo, ventre prominulo. M. Desinite,
mihi eam duxi, non uobis. Non sat est q̄
suo regi pulchra est regina? Ita demum
illa mihi placebit, si vobis non admodū
placeat.

ALIA,
SYRVS GETA

SY, Opto tibi multam foelicitatem, GE.
Et ego tibi conduplicatum opto quic
quid optas mihi, SY, Quid agis rei? G,
Confabulor, S, Quid? confabulare so
lus? G. Vt vides, S, Fortasse tecum,
Proinde tibi videndum vt cum homi
ne probo fabuleris, G, Imo cum lepi
dissimo congerrone confalulor, S,
Quo? G, Apuleio, S, Istud quidem
nunquam non facis, Sed amant alterna
camœnæ, Tu perpetuo studes, G, Non
est vlla studiorum satietas, S, Verum,
sed tamen est modus quidam, Non
omittenda quidem sunt studia, sed ta
D men

non intermittenda nonnunquam, Non
abijcienda sunt, sed relaxanda, Nihil
suaue quod perpetuum, Voluptates
commendat rarior usus, Tu nihil aliud
quam studes, Nunquam non studes, Con-
tinenter incumbis litteris, Indefinenter
inhæres chartis, Studes noctes & dies,
Nullum facis studendi finem, neque mo-
dum, G, Age tuo more facis, rides me,
ut soles, Nunc ludis tu quidem me, Sal-
se me rides, Satyricum agis, Naso me
suspendis adunco, Non me fallit tuum
scomma, Nunc ludos deliciasque me fa-
cis, Pro delectamento me habes, Nunc
plane ioco mecum agis, Rideor abste,
Eadem opera assue mihi auriculas as-
ni, Ipsi codices puluere sitique obducti
loquuntur, quam sim immodicus in
studio, S, Emoriar, nisi loquor ex animo,
Dispeream, si quid fingo, Loquor id
quod sentio, Quod res est dico. Serio
loquor, Ex animo loquor, Non secus
sentio, quam loquor.

Cur

CVR NON VISIS NOS?

Formulae,

L, Quid causae est, q̄ tam diu nos non
inuiseris?

Quid rei est, q̄ nos tam raro visis?

Quare tam rarus es saluator?

Quid accidit,

Quid sibi vult q̄ min⁹ feceris nobis

Quid obstitit tui vidēdi copiam,

Quid impedimēto fuit

NON LICUIT.

S, Non Licuit per otium,

Volui quidem, at non licuit mihi per
mea negocia,

Occupatior fui q̄ vt potuerim.

Vix ipsi mihi fuit copia mei, prā mole
stis negocijs?

Non defuit voluntas, sed vetuit neces
sitas, Non licuit per valetudinem.

G, Equidem accipio tuam excusatio
nem, sed hac lege, ne saepius vtaris, Ex
cusatio tua iustior est q̄ vellem, siqui
dem valetudo in causa fuit, Hac lege

D h̄ mihi

mihi purgatus eris, si quod factum est,
officio sarcias, Si superiorem cesatio-
nem crebra visitatione penses S, Amis-
cicia nostra firmior est q̄ vt sit tam vul-
garibus officijs alenda, Satis crebro vi-
sit qui constanter amat, G, Male sit istis
curis, quæ te nobis adimunt, Quid im-
precor istis negocijs, quæ talem amis-
cum nobis inuident, Pesime sit isti fe-
bri quæ nos tam graui desiderio torfit
tui, Male pereat ista febris te incolumi,

MANDANDI AC POL-
licendi formulæ,

Iacobus

Sapidus

IA, Quæso vt hæc res tibi cordi sit, Eti-
am atq; etiam rogo, vt hoc negotium
tibi curæ sit, Si me amas causam hanc
tractabis diligenter, S, Desine, ego tibi
hoc effectum reddam, & quidem pro-
pediem, Curabo diligentius quam si
mea res ageretur, Tu in vtramuis dor-
mias aurem, ego tibi hoc confectum
dabo, Tu quietus esto, in me recipio
prouinciam

pròuinciam omnem. Gaudeo mihi
datam occasionem, qua declarem me
um in te animum. Equidem oratione
nihil polliceor, sed re præstabo, quic-
quid est amici synceri & ex animo be-
ne uolentis, Nolim te lactare vana spe.

SUCCESSVS.

S. Res successit opinione melius.

Fortuna votis vtriusq; fauit.

Res tua & ventis & amne secundo
procesit.

Si fortuna nupsisset, non potuisset esse
secundior.

Plus impetraui q̄ fuissem ausus petere.

Res omnis cecidit ex sententia.

Pulchre nobis cecidit hæc alea.

Noctua volauit.

GRATIA.

IO. Equidem gratiam habeo & habis-
turus sum, q̄ ad viuam, maximam. Pro
istto tuo in me officio pares agere gra-
tias vix possum, referre nequaquam.

Amo te pulcherrimum, Et habetur a me tibi

D iij

gratia

gratia, & habebitur semper. Habeo
gratiam, q̄ meum tibi negotium cordi
fuit.

Plus tibi debeo q̄ vt vnquam soluendo
esse possim.

Arctius me obligasti, quam vt ex dia-
rio tuo vnq̄ nomen meum expunge-
re queam.

Hac re me tibi deuinctiorē reddidisti,
q̄ vt vnquam æs alienum persoluere
possim.

RESPONSIO.

SA. Aufer ista, maior est nostra neces-
sitas, q̄ vt vel tu mihi, vel ego tibi,
pro vilo officio debeam gratias agere.
Non contuli in te hoc officium, sed re-
tuli. Sibi benefacit qui benefacit amico.
Video, mihi beneficium accepisse, q̄
nostrum officium boni consulis. Qui
benemeretur de amico, non dat bene-
ficiū, sed foenerat. Si ex animo probas
officiū in te meum, fac sepius utare.
Ita credam tibi gratum esse quod feci,
si quocies desiderabis operam meam
non roges sed imperes quod voles.

Herilia

HERILIA.

Rabinus.

Syrus.

R A. Heus heus furcifer, iam dudum
raucesco clamore, nec tu tamen exper-
gisceris, videre mihi vel cum gliribus
certare posse. Aut ocyus surge, aut ego
tibi fuste somnum istum excutiam.
Quando crapulam hesternam edor-
mieris? Non te pudet somnium homi-
nis, in multam lucem stertere? Qui frus-
gi sunt famuli, solent exortum solis an-
teuertere, curareque ut herus surgens re-
periat omnia parata, Ut ægre diuellitur
a nido tepefacto cuculus, Dum scalpit
caput, dum distendit nervos, dum osci-
tat, tota abit hora, S. Vix dum diluxit, R.
Credo tibi, nam tuis oculis adhuc multa
nox est, Tibi nox adhuc est concu-
bia, S. Quid me iubes facere? R. Fac
ut luceat foculus, verre pileum, ac pal-
lium, exerge calceos & crepidas. Inuer-
sas caligas, primum intus purga scopis,
mox foris, deinde suffitum aliquem fas-
cito purgando aeri, Accende lucernam.

D iij

Muta

Muta mihi lineum indusium, ac sicca
lotum, S. Fiet. R. Atqui moue te ocys,
iam hæc fecisse oportuit S moueo. R.
Video sed nihil promoues, Vt incedit
testudo. S. Non possum simul forbere
& flare. R. Etiam sententias loqueris
carnifex? Tolle matulam, Componere
lecti stragulas, reuolue cortinas, Verre
pauimentum, Verre solum cubiculi,
Adfer aquam lauandis manibus, Quid
ceslas asine? Annus est priusq̄ accen-
das candelam. S. Vix reperio scintillam
ignis R. Sic heri condidisti. S. Nec fol-
lem habeo. R. Vt responsat nebulo qua
si qui te habeat careat folle. S. Quam
imperiosum habeo dominum, vix hu-
ius iusfis decem expediti famuli, fece-
rint satis, R. Quid ais ceslator? S. Ni-
hil, omnia recte. R. Non ego te audio
obmurmurantem? S. Equidem precor
R. Credo, pater noster inuersum, Pres-
cationem opinior, dominicam prepo-
stere, Quid gannis de imperio? S. Pres-
cor tibi vt fias imperator. R. Et ego ti-
bi vt fias homo ex caudice, Sequere me
ad

ad templum vsqꝫ, Mox domum recur-
rito, lectos concinnato, Hæc confusa
suo quacqꝫ loco digerito, Fac vt niceat
tota domus, Matulam defricato, Hæc
fordida submoueto ab oculis, Fortassis
inuisent me quidam aulici, Si quid sen-
sero prætermisum, vapulabis largiter
S. Hic sane noui benignitatem tuam.
R. Proinde caue si sapis. S. At interim
de prandio nulla mentio. R. Vah, vt hic
mentem habet furcifer, Non prandeo
domi, Itaqꝫ sub horam decimam ad me
transcurrito, deducturus me eo, vbi sum
pransurus. S. Tibi quidem prospectum,
sed hic interim nihil est, quod edam. R.
Si non est quod edas, est quod esurias.
S. Nemo fit esuriendo satur. R. Est pa-
nis? S. Est, sed ater, & furfuraceus. R.
Delicias hominis, te quidem foenum es-
se oportuit, si pabulum detur te dig-
num, An postulas vt te asinum tan-
tum placentis faginem? Si fastidis pa-
nem citra obsonium adde porrum, aut
si mauis, cepe.

D v Alia

ALIA.

R. Est tibi abeundum in forum, S. tam
procul? R. Non sunt nisi sex passus.
Tibi pigro sunt bis mille, Consulam
autem tuæ pigritiæ. Eadem legatione
multa conficies negocia, Tu supputa in
digitos, vt memineris, Primum defle-
ctes ad vestiariū, ac thoracem vndus-
latum, si iam perfectus est, ab eo reci-
pies, Hinc quæres Cornelium vereda-
rium, is plærumq; est in ceruo, ibi poti-
tat, Rogabis si quid habet literarum ad
me, & ad quem diem sit profecturus,
Deinde conuenies mercatorem pan-
narium, rogabis meis verbis, ne quid
solicitus sit, quod pecuniam non misce-
rim ad diem prescriptum, numerabitur
propediem, S. Quando? ad calendas
græcas, R. Rides ganeo, imo ante ca-
lendas Marcias, In reditu deflectes ad
leuam, & ex Bibliopolis discas si quid
aduectum sit nouorum libellorum e
Germania, Cognosce qui sint, & quana-
ti venales, Post hæc rogabis Godleni-
um vt.

um, vt mihi dignetur esse cōnuia, alio
qui cēnauero soli. S. Etiam conuiuas
vocas? non habes domi vnde vel mu
reū pascas. R. Proinde tu confectis cæ
teris abi ad macellum, & eme nobis ar
mum ouillum, eum curabis eleganter
asum, Audin hæc? S. Plura q̄ vellem.
R. At vide, vt memineris. S. Vix potes
ro dimidium. R. Etiam hic stas cesas
tor? Iam redisse oportuit. S. Quis poss
sit vnus tot rebus obeundis sufficere?
Deduco ac reduco, Sum illi a scopis, a
matula, a pedibus, a manibus, a pocu
lis, a libellis, a rationibus, a iurgijs, a le
gationibus, Postremo non videor illi
satis occupatus, nisi sim & coquus.

ALIA.

R. Profer ocreas, nam equitandum est.
S. En adfunt, R. Probe quidem abs te
curatae, totae albent situ, Opinor nec
exterfas, nec vinctas hoc anno, adeo
rigent præ siccitate. Exterge subuuido
panno, Mox vnge ad ignem diligen
ter, ac macera donec mollescant. S.

Curæ

Curabitur. R. Vbi calcaria ? S. Adfunt.
R. Verum, sed obducta rubigine, Vbi
frenū ? & Ephippia ? S. sunt in promp-
tu. R. Vide, ne quid desit, aut ne quid
ruptum, aut mox rumpendum, ne quid
nobis sit in mora, cum erimus in cursu,
Propera ad sellarium, & hoc lorum cu-
ra sarcendum, Reuersus inspice soleas,
siue calceos equorum, num qui clauī
desint aut vacillent, Quam macilentī
sunt equi, quāq; strigosi, Quocies ab-
sterges aut pectis illos in anno ? S. Imo
quotidie. R. Nimirum res ipsa loqui-
tur, leiuant, opinor, nonnumq; totum
triduum. S. Minime, R. Negas tu quis-
dem, sed aliud dicturi sint equi, si loqui
liceat, Quamq; satis loquantur ipsa ma-
cie, S. Curo sedulo, R. Cur igitur tu
habitor equis ? S. Quia non pascor
fœno, R. Hoc igitur restat, Adorna
manticam celeriter, S. Fiet.

MONITORIA.

Pædagogus

Puer.

Tu mihi videre non in aula natus, sed
in

In caula, adeo moribus es agrestibus,
Puerum ingenuum decent ingenui
mores. Quoties alloquitur te quispiam,
cui debes honorem, compone te in re-
ctum corporis statum, aperi caput, Vul-
tus sit nec tristis, nec toruus, nec impu-
dens, nec proteruus, nec instabilis, Sed
hilari modestia temperatus, oculi ve-
recundi, semper intenti in eum, cui lo-
queris, iuncti pedes, quietæ manus, Nec
vacilles alternis tibijs, nec sint gesticu-
losæ manus, nec mordeto labrum, nec
scabito caput, nec fodito aures, Vestis
item ad decorum componatur, vt totus
cultus, vultus, gestus, & habitus corpo-
ris, ingenuam modestiam, & verecun-
dam indolem præ se ferat. P. Quid si
mediter? P. Fac. P. Sciccine satis? P.
Nondum. P. Quid si sic? P. Propemo-
dum. PV, Quid si sic? P. Hem, satis est,
Isthuc tene, Ne sis inepte loquax, aut
preceps, Nec vagetur animus interim,
sed sis attentus, quid ille dicat, Si quid
erit respondendum, id facito paucis, ac
prudenter, subinde prefatus, hono-
rem

rem; nonnunquam & addito cognomen
to honoris gratia, atque identidem mos
dice flectas alterum genu, praesertim
ubi responsum absolueris, Nec abeas
nisi praefatus veniam, aut ab ipso dis
missus, Nunc age, specimen aliquod
huius rei nobis praebe, Quantum tem
poris abfuisti a maternis aedibus? P.
Iam ferme sex menses. P E. Adden
dum erat, domine. P V. Iam sex ferme
menses Domine. P E. Non tangeris
desiderio matris? P V. Nonnunquam sa
ne. P E. Cupis eam reuifere? P V. Cu
pio domine, si id pace liceat tua. P E.
Nunc flectendum erat genu. Bene ha
bet, Sic pergito. Cum loqueris, caue ne
praecipites sermonem, aut haesites ling
ua, aut palato immurmures, sed distin
cte, clare, articulate consuescito profer
re verba tua. Si quem praeteribis natu
grandem, magistratum, sacerdotem,
doctorem, aut alioqui virum grauem
memento aperire caput, nec pigeat in
flectere genu. Itidem facito quum pra
teribis aedem sacram, aut imaginem
crucis

crucis. In conuiuio sic te præbebis hila-
rem, vt semper memineris, quid deceat
ætatem tuam. Postremus omnium ad
moueto manum patinæ. Si quid das-
tur laucius, recusato modeste. si instabis-
tur, accipe, & age gratias, mox decepta
porciuncula, quod reliquum est, illi red-
dito, aut alicui proxime accumbenti.
Si quis præbibet hilariter illi bene præ-
care, sed ipse bibito modice, Si non sis-
tis, tamen admoueto cyathum labijs.
Arride loquentibus, ipse ne quid loqua-
ris nisi rogatus. Si quid obscœni dice-
tur, ne arride, sed compone vultum,
quasi non intelligas, Ne cui obtrectato,
ne cui temet anteposito, ne tua iactato,
ne aliena despicio. Esto comis etiam
erga tenuis fortunæ sodales. Neminem
deferto. Ne sis lingua futili. Ita fiet vt si-
ne inuidia laudem inuenias & amicos
pares. Si videris conuiuium esse prolixius
præcatus veniam, ac salutatis conuiujs,
subducito te a mensa, Vide vt horum
memineris. P. Dabitur opera mi præ-
ceptor. Nunquid aliud vis? PE. Adito
nunc libros tuos, P. Fiet. De

DE LVSV.

NICOLAUS, HIERONY-
MVS, COCLES, PAE-
DAGOGVS.

N. Iam dudum & animus, & coelum, &
dies inuitat ad ludendum, H. Inuitant
quidem hec omnia, sed solus preceptor
non inuitat. N, Subornandus orator
quispiam, qui veniam extorqueat. H.
Apte quidem dictum extorqueat, Nam
citius clauam extorseris e manu Her-
culis, quam ab hoc ludendi veniam, At
olim illo nemo fuit ludendi auidior. N.
Verum, sed iam olim ille oblitus est, se
fuisse puerum, Ad verbera facilimus
est, & liberalis, hic parcissimus, idemque
difficillimus, H. Attamen protruden-
dus est aliquis legatus, non admodum
verecundæ frontis, quem non ilico
protelet suis sauis dictis, N. Eat qui vo-
let, ego carere malo, quam rogare. H. Ne-
mo magis accommodus ad hanc lega-
tionem, quam Cocles. N. Nemo profecto,
Nam perfrictæ frontis est, ac bene ling-

uax

uax, Deinde sensum hominis pulchre
callet. H. I Cocles, ab omnibus nobis
magnam initurus gratiam. C. Equidem
experiar sedulo, Verum si non succes-
serit, ne conferte culpam in oratorem
vestrum. H. Bene ominare, si te satis
nouimus, impetrabis. Abi orator, redi-
bis exorator. C. Eo. Bene fortunet le-
gationem meam Mercurius, Salue præ-
ceptor. P. Quid sibi vult nugamentum
hominis. C. Salue præceptor obseruade.
P. Insidiosa ciuilitas, Satis iam salueo.
Dic quid tibi velis. C. Totus discipulo-
rum tuorum grex orat ludendi veniam.
P. Nihil aliud quàm luditis, etiam absquæ
venia. C. Scit tua prudentia, vigorem in-
geniorum excitari moderato lusu, quem
admodum nos docuisti ex Quintiliano.
P E D A. Sane vt isthuc tenes, quod
pro te facit. Laxamento opus est ijs.
qui vehementer laborant, vobis qui
segniter studetis, & acriter luditis, fre-
no magis opus est, quam laxatis habe-
nis. C O C L. Adnitimur pro viribus.
Et si quid hactenus cessatum est, post di-
E ligentia

ligentia fartietur. P. Oh fartores. Quis
erit fideiussor, isthuc futurum? C. Ego
capitis mei periculo non dubitem esse
spōsor, P. Imo culi periculo potius, Scio
quam non sit tutum tibi credere, tamen
hic periculum faciam, q̄ sis bonæ fidei, Si
dederis verba, posthac nequicquam me
cum egeris. Ludant, sed gregatim in cam
pis. Ne diuertant ad comotationes, aut
alia nequiora. Mature se recipient domū
ante solis occubitus, C. Fiet. Exorauī,
quanquam ægre. H. O lepidum caput
omnes amamus te plurimum, C. Sed in
terim cauendum ne quid peccemus, alio
qui de meo tergo depēdēdū foret, fideiuf
si vestro omnium nomine, Quod si quid
accidat, non est quod me posthac vtami
ni legato, H. Cauebitur, Sed quod lus
sus genus potissimum placet, C. De hoc
in campo consultabimus,

PILA,

N. Nulla res melius exercet omnes corp
poris partes, quam pila palmaria, sed ap
tior hyemi, q̄ æstati, H. Nullū anni tem
pus

uis
go
lle
io
en
Si
ne
m
ut
nū
i,
ut
in
io
us
id
ni
is
oc

re
os
is
s

duis nobis parum accommodū est ad ludē
pum. N. Minus sudabitur si ludamus reti
culo. H. Immo reticulum piscatoribus relin
quamus, elegātius est palma vti. N. Age
nihil moror, sed quanti certabim⁹. H. Ta
citro, sic parceť pecuniæ. N. At ego ma
lo frontī parci, quā pecuniæ. H. Et mihi
lrons carior est pecunia. Aliq̄ periculo
fertandū est, alioqui friget ludus. N. Sic
res habet, vt dicis. H. Vtra pars prior eui
cerit tres lusus, ei victa pendet sextā dra
chmæ partem, sed hac lege, vt quicquid
e victorijs collectum fuerit, insumatur in
conuiuū, ad quod pariter vocentur om
nes. N. Placet lex, & rata esto. Superest
igitur, vt sortiamur partes. Nam sumus
ferme pares omnes, vt non admodum re
ferat q̄s cui coniūgatur. H. Tu tamē me
longe peritior es. N. Vt sim, sed tu felicis
or. H. Etiam hic valet fortuna. N. Illa nus
q̄ non regnat. G. Age fiat sortitio. Eus
ge, bene cecidit contingere quos vole
bā. N. Et nos nostræ sodalitatē non pœ
nitet. H. Age sim⁹ viri. Amat victoria cu
ram. Suum quisq̄ locum gnauiter tueas

E ḡ tur.

tur. Tu mihi confiste a tergo, excepturus
pilam si me transuolet. Tu isthic observa
repulsurus huc ab aduersarijs reuolantē.
N. Ne Musca quidē hac præteruolarit im
pune. H. Agite bonis auibus, mittite pilā
in tectū. Qui miserit nihil p̄fatus, frustra
miserit. N. Hem accipe igitur. H. Mittito
Si miseris extra líneas, aut infra supraue
tectū, vestro damno fuerit, aut certe no
bis fraudi esse nolim, Tu sane parum cō
mode mittis. N. Tibi quidem, at nobis
commode. H. Vt miseris ita remittam:
Par pari referam. Sed præstat ingenue
legitimeque ludere. N. In ludo pulchrū
est arte vincere. H. Fateor, atq; etiam in
bello. Sed habet vtracq; pars suas leges.
Et sunt artes illiberales. N. Credo plures
septem. Signa terminum testula, aut rus
dere, aut si mauis pileo tuo. H. Tuo ma
lim. N. Rursus excipe pilam, H. Mitte.
Pone notam. N. Habemus duos terminos
nos satis longinquos. H. Vtcunq; sed
tamen vincibiles. N. Plane vincibiles, si
nemo repugnet. H. Euge priorem mes
tam prætercurrimus, Vicimus quinde
cim.

cim, Heus præbete vos viros, viceramus & hic, si tu tuo constitisses loco. Sumus igitur pares. N. Non diu futuri, Vicimus triginta, vicimus quadraginta quæque. H. Sestertia? N. Non. H. quid igitur? N. Numeros. H. Quo pertinent numeri, si nihil est quod numeres? N. Noster hic ludus est. H. Præpropere tu quidem, Ante victoriam canis triumphum, Vidi qui vincerent ab hoc numero, qui nihil habebant. Varia est, vt Martis, ita lusus alea, Habemus Triginta, iam rursus sumus pares. N. Nunc serio res agitur. Euge successit, habemus potiores. H. Non diu habituri, Dixit? Rursus equali fortuna sumus. N. Diu nutat fortuna, velut anceps, vtrius velit addicere victoriam. O fors fortuna, si nobis faueris, dabimus tibi maritum. Euge audiuit votum, Penes nos est huius certaminis victoria. Pone notam cretaceam, ne excidat. H. Iam appetit vespera. & sudatum est satis, prestat a ludendo desistere, ne quid nimis, Supputemus lucrum. N. Nos euicimus tres drachmas, vos duas,

E iij Restat

Restat igitur vna ad compotatiunculā.
Sed interim quis soluet precium pilarū?
H. Omnes ex æquo, pro sua quisq; por-
tione. Nam lucrum exilius est, quam vt
inde possit aliquid decidi,

LVDVS GLOBORVM
missilium.

Adolphus Bernardus.

A. Tu tocies apud me gloriatus es, te mi-
rum quendam esse artificem in certamis
ne mittendorum globorum. Age libet
experiri, qui vir sies. B. Nihil detrecto,
huc, si quid libet. Nunc tu plane, quod
dici solet, in planiciem prouocas equum.
A. Et tu senties me non esse asinum. B.
Placet ne monomachia, vt vnus cum
vno congregiatur, an mauius adiungi
socios periculi? A. Malo *μονομαχίᾳ*
ne qua pars victoriae decidatur alteri.
B. Istiuc & ipse malo, vt laus in solidum
sit mea. AD. Hi spectatores erunt &
arbitri. B. Recipio. Sed quod erit victo-
ri brauium, aut quæ victo poena? AD.
Quid si victo amputetur auricula? B.
Imo

Imo testium alter execetur potius. Non
est magnificum, certare pro pecunia. Tu
Germanus es, ego Gallus, decertemus
pro suæ vterq; gentis gloria, Si vicero,
tu ter exclamabis, Floreat Gallia, si vi-
ctus, quod absit, fuero, totidem verbis
celebrabo tuam Germaniam. A D O.
Age placet conditio. B E R. Adsit for-
tuna. Quando periclitantur hoc lu-
do duæ maximæ nationes, sint æquales
sphæræ. A. Nosti saxum illud promi-
nens haud procul a porta? B E. Noui.
A D O L, Ea erit meta, & hæc linea.
B E R, Esto, sed sint, inquam, pares
globi. A D O L, Minus discernas ouum
ob ouo, aut ficum a ficu, Sed mea non
refert, vtrum malis elige, B E R, Mitte,
A D, Heus, tu mihi non brachium, sed
balistam habere videris, ita torques
globum, B E, Satis momordisti labrum,
satis rotasti brachium, tandem mitte,
O vires Herculeas, sed tamen vinco,
A, Nisi sceleratus ille laterculus obstitis-
set, præuerteram te, B, Consiste in sphæ-
ræ tuæ vestigio, A, Non vtar dolo malo,

E iij Cupio

Cupio virtute, non fraude vincere, quan-
doquidem de gloria certamen est, Bene-
vertat. B. Ingens profecto iactus. A. Ne-
ride, priusquam viceris. Ad huc pene
sumus pares. B. Nunc res agitur. Vter
prior metam contigerit, is vicerit. A. Vis-
ci, canta. B. Sed definiendum erat, quo-
to ludo constaret victoria. Nam primo
nondum incaluerunt vires. A. Definiat
arbitri. A R. Tertio. B. Placet. A. Quid
ais? Agnoscis ne victorem? B. Tibi for-
tuna magis aspiravit, viribus & arte non
tibi cesserit. Sed quod arbitri pronun-
ciauerint, id sequar. A. Germanus vicit,
& hoc gloriosior est victoria, quod ta-
lem artificem vicerit. A. Nunc canta
Galle. B. Sū raucus. A D. Hoc Gallis no-
uum non est, Sed tamen coccyssa. B.
Floreat Germania ter. A. Imo ter hoc
erat canendum. B. Contraximus siticu-
lam, eamus ad conpotatiunculam, ibi
perficietur cantio. A. Non recusor, si ita
videtur arbitris. B. Ita conmodius est.
Melius canet Gallus colluto guttere.

Ludus

LVDVS SPHAERAB

per annulum ferreum.

GASPAR ERASMIUS,

G. Age, nos auspicabimur, victo succedet Marcolphus. E. Sed quod erit victori premium? G. Victus ex tempore faciet ac recitabit distichon in laudem victoris. E. Accipio legem. G. Vis ne sortiamur, vter prior incipiat? E. Esto tu prior, si libet, ego malim esse Abbas. G. Hoc tua conditio potior est, quod tibi nota est area. E. Versaris in tua harena. G. In hac exercitior sum, quam in libris. Tamen istud perquam exigui momenti est. E. Aequum est, ut tantus artifex in hoc certamine mihi largiatur non nihil. G. Imo isthuc abs te peterem iustius, Sed parum est honesta precaria victoria. Is demum vincit qui suo Marte vincit, Ita sumus pares, ut non melius commissus fuerit olim cum Bitho Bachius. E. Tua sphaera commodior est mea. G. Et tua vox la vincit meam. E. Ludito legitime, absque technis, ac dolo malo. G. Dices tibi rem esse

E v se cum

se cum homine probo, E, Sed prius audi
re cupio huius sphaeristerij plebiscita, G.
Quaternio ludum absoluit. Qui hanc
lineam praeterierit, in damno est. Reli
quos limites si transilias, sine fraude fiet.
Qui globum suo loco mouerit, perdit
ius feriendi, E. Intellego, G. En occlusi
tibi portam, E. Sed istinc te excutiam.
G. Id si feceris, cedam tibi huius certa
minis palmam, E. Bona fide? G. Opti
ma, Non enim potes alia via, nisi sic mit
tas sphaeram tuam in parietem, vt re
siliat in meam, E, Id experiar, Quid ais
bone vir? Nonne depulsus es? G. Fa
teor, vtinam tam sapiens esses, quam es
felix. Sed isthuc centies tentanti, vix
semel successerit, E. Imo si quid audes
deponere pignoris, nisi tertio quoque
experimento successerit, vinctes, Sed
interim redde pactum praemium, G,
Quod nam? E. Distichon, G. Reddam,
E. Et quidem ex tempore, Quid arrodis
vnguem? G. Habeo E. Recita clare, G.
Clarissime,

Plaudite victori iuuenes hic quotquot adestis.

Nam me qui uicit doctior est Nebulo.

Nonne distichon habes? E, Habeo, sed
quale abs te allatum est, tale tibi referetur.

SALTUS.

Personæ, Vincentius, Laurentius,

V, Libet ne decertare saltu? L, Ludus iste
non conuenit pransis, V, Quam ob rem?
L, Quia ventris faburra grauat corpus,
V, Non admodum sane, qui pransi sint
in pædagogio, Nam hi plerumq; coenatur
riunt, priusquam absoluerint prandium
L, Quod igitur salendi genus placet? V
Auspicemur ab eo quod est simplicis-
simum, a saltu locustarum, siue maui-
ranarum, vtracq; tibia, sed iunctis pedi-
bus, Qui longissime promouerit
cingulum, coronam feret, Huius ubi
erit satietas, aliud atque aliud genus
experiemur, L, Equidem nullum recu-
sabo genus, nisi quod geritur cum peri-
culo tibiarum, nolim mihi rem esse cum
chirurgis, V, Quid si certem? vnica ti-
bia? L, Iste ludus est Empusæ, valeat, V,
Hastæ innixum salire, cum primis est
elegana

elegans. L. Liberalius est certare cursu,
Siquidem hoc certaminis genus apud
Virgiliū preposuit & Aeneas. V. Verū,
sed idem proposuit & cæstum certa-
men, quo non delector. L. Designa sta-
dium, Hoc loco sit carcer, Quercus ista
sit meta. V, Sed utinam adesset Aeneas,
qui proponat & præmia victori. L. Vi-
ctori abunde magnum præmium est
gloria. V. Victo potius dandum erat
præmium solatij gratia. L. Sit igitur vi-
cto præmium, ut lappa coronatus rede-
at, in urbem. V. Equidem non recusa-
rim, si tu præcedas tibia canens. L. Est
ingens æstus. V. Nec mirum cum sit sol-
stitium æstiuum. L. Præstiterat natare.
V. Mihi non placet ranarum vita, Ani-
mal sum terrestre non amphibion. L.
Sed tamen hoc exercitamenti genus
olim cum primis habebatur liberale. V.
Imo etiam utile. L. Ad quid? V. Si fu-
giendum sit in bello, ibi potissimum va-
lent, qui sese cursu pedum & natatu ex-
ercuerunt. L. Artem narras haud quæ-
spernandam, Neque enim minus laudis
est

est aliquando, bene fugere, quæ fortiter
pugnare. V. Sum plane rudis, & imperi-
tus natandi, Nec sine periculo versamur
in alieno elemento. L. Sed adsuescere
oportet, Nemo nascitur artifex. V. At
ego istius generis artifices per multos
audio natasse, sed non enatasse. L. Ex-
perieris primum innixus suberi. V. Nec
suberifido magis quæ pedibus. Si vobis
cordi est natatio, spectator esse malo, quæ
certator.

VENATIO.

Pau. Tho. Vin. Lau. Bar.

P. Trahit sua quemque voluptas, mihi pla-
cet venatio. T, Placet & mihi, sed ubi
canes? Ubi venabula? Ubi casces? P. Va-
leant apris, ursi, cerui, & vulpes, nos in-
sidiabimur cuniculis. V. At ego laqueos
iniciam locustis, insidiabor Gryllis.
L. Ego Ranas captabo. B. Ego papilio-
nes venabor. L. Difficile est sectari vo-
lantia. B. Difficile, sed pulchrum, Nisi
pulchrimus esse ducis, sectori lumbrico-
cos, aut Cocleas, quia carent alis, L. Es-
quidem

quidem malo insidiari piscibus, est mihi
hamus elegans, B, Sed vnde parabis esca
cam? L. Lumbricorum vbiq; magna est
copia, B, Est, si tibi velint prorepere e ter
ra, L. At ego mox efficiam, vt multæ my
riades profiliant, B. Quo pacto? incanta
mentis? L. Videbis artem, Imple hanc
situlam aqua, Hos iuglandium summos
cortices virentes confractos immittito,
Hac aqua perfunde solum, Nunc obser
ua paulisper, Vides emergentes? B. Rem
prodigiosam video, Sic olim, opinor, exi
liebant armati ex facis serpentis denti
bus, Sed pleriq; pisces delicatioris & ele
gantioris sunt palati, quam vt esca tam
vulgari capiantur. L. Noui quoddam
insecti genus, quo talibus insidiari soleo,
B, Tu vide an possis imponere piscibus,
ego ranis facesam negocium, L, Quo
modo, reti? B. Non, sed arcu, L, No
uum piscandi genus, B, At non iniucun
dum, Videbis & fateberis. V. Quid si
nos duo micemus digitis? P. Ignauum
est ac rusticum lusus genus, Ad focum
desidentibus magis conuenit, quam in
campo

campo versantibus, V. Quid si certemus
nucibus? P. Noces admodum pueris re-
linquamus, nos grandiusculi sumus, V.
Et tamen nihil aliud adhuc, q̄ pueri sumus,
P, Sed quibus decorum est ludere
nucibus, iisdem non indecorum est
equitare in arundine longa, V. Tu igitur
præscripto lusus genus, sequar quocunq;
vocaris, P, Et ego futurus sum omnium
horarum homo,

EVNTES IN LVDVM,

Sylvius,

Ioannes,

SY. Cur adeo curris Ioannes? IO. Cur
lepus, vt aiunt, pro carnibus? S, Quid
hoc prouerbij est? I. Quia nisi adfuero
in tempore ante recitatū catalogū, actū
est de pelle mea. S, Hac quidē ex parte
nihil est periculi, Modo præterita est
quinta, Inspice horologium, manus
nondum attigit punctum, quod horam
ab hora æquis spatijs dirimit, I. At ego
vix habeo fidem horologijs, Mentuntur
nonnunquam, SY. At mihi fide,
qui

qui campanæ vocem audiui. I. Sed est &
aliud, vnde magis etiam timeam, Red-
denda est memoriter hesterna lectio,
satis prolixa, Vereor vt possim. S. Com-
mune periculum narras, Nam & ipse vix
satis teneo. I. Et nosti præceptoris sæuis-
tiam, Omnis illi noxia capitalis est, Nec
magis parcit nostris natibus, q̄ si corium
esset bubulum. S. Verum is non aderit
in ludo. I. Quem igitur vicarium consti-
tuit. S. Cornelium. I. Strabum illum? Væ
nostris natibus, Is vel Orbillio plagosi-
or est. S. Verum dicis & ideo non raro
sum illius brachio præcatus paralysem.
I. Non est pium imprecari præceptorî,
Nobis potius cauendum, ne incidamus
in ilius tyranni manus, S. Reddamus in-
ter nos vicissim, altero recitante, altero
codicem inspiciente, I. Pulchre mones, S.
Fac præsentî sis animo, Nam metus of-
ficat memoriæ, I. Facile deponerem pa-
uorem, si non adesset periculum, At in
tanto discrimine quis possit esse securus
animo? S. Fateor, attamen non agitur
de capite, sed de parte diuersa,

Alia

ALIA.

Cornelius,

Andreas,

C, Scite tu quidem pingis, sed charta tua perfluit. Charta subhumida est, ac trāsmittit atramentū. A. Quæso vt appares mihi pennam hanc. C. Deest mihi gladiolus scriptorius. A. En tibi. C. Huius est obtusus. A. Accipe coticulam. COR. Vtrum amas scribere cuspidē duriusculā, an molliore? A. Attempera ad manum tuam, C. Ego molliore soleo. AN. Quæso vt mihi describas ordine figuras elementorum. C. Græcas an Latinas? AN. Latinas primum. Conabor imitari. C. Suppedita chartam. A. Accipe. C. Sed meum atramentum dilutius est, subinde infusa aqua. A. At meum linteolum prorsus exaruit. C. Immunge, nisi mauis immeiere. A. Imo potius rogabo alicunde. C. Præstat habere domi, quam rogare commodato. A. Quid est scholasticus absque calamo & atramento? C. Quod miles absque clypeo & gladio. A. Utinam mihi essent articuli tam celeres. Equidem non possum dictantis vocem

F

scribendo

scribendo assequi. C. Prima cura sit, ut bene scribas, proxima, ut celeriter, Sat cito, si sat bene. A. Belle, sed istam cautionem cane praecptori, quum dictat, sat cito, si sat bene.

BREVIS DE COPIA PRAECEPTIO.

Principio res ipsa puris, electis ac latinis verbis efferenda est, quod ipsum posse, non mediocris artificis est. Sunt enim permulti, qui nescio quo modo copiam & varietatem orationis affectant, cum ne semel quidem rem possint apte explicare. Isti tanquam semel balbutisse sit parum, balbutiem suam alijs atq; alijs modis reddunt balbionem, tanquam ipsi secum certamen susceperint, ut quam barbarissime dici possit, dicant. Itaq; inepti synonyma quaedam congerunt, adeo interdum inter se dissidentia, ut ipsa mirentur, quo pacto conueniant. Quid enim absurdius, quam hominem pannosum, cui ne vna quidem quam

dem, quam sine pudore possit induere, sic vestis, eum tamen subinde suos pannos mutare, ac mendicitatem suam pro opibus ostentare? At nihilo minus ridiculi videntur isti uarietatis affectatores, qui cum barbare semel dixerint, repetunt idem multo barbarius, demum iterum atque iterum indoctius. Hoc est, non oratione, sed solœcismis abundare. In primis igitur, ut dixi, res ipsa aptis atque electis verbis est explicanda. Deinde mutatorijs verbis utendum, si qua, quæ idem efficiant, reperiantur, reperiuntur enim permulta. Demum ubi propria deficient, translatis erit utendum, si modo verecunda sit translatio. Ea quoque ubi deerunt, si per actiua dixisti, ad passiuam reuertendum erit, quæ nobis totidem orationes reddunt, quot ex actiuis constabant. Postea verba, si licebit, aut in nomina verbalia, aut in participia commutabimus. Postremo, ubi modo ad uerba in nomina, modo nomina in alias atque alias partes commutauerimus, per contrarium dicemus, aut affirmatis

F n nam

nam orationem in negativam commu-
tabimus, aut retrorsum, aut certe quod
pronunciative dictum, per interrogatio-
nem efferemus. Nunc exempli causa,
hanc sententiam sumamus.

LITERAE TVAE MAG-
nopere me delectarunt.

LITERAE.

Epistola, epistolium, scripta, schedæ,
literæ.

MAGNOPERE.

Mirum in modum, miris modis,
maiores in modum, mirandum in mo-
dum, supra modum, plurimum, non me-
diocriter, summopere, maximopere.

ME.

Animum meum, pectus meum,
oculos meos, cor meum, Christianum.

DELECTARVNT.

Voluptate affecerunt, recreave-
runt, exhilararunt, voluptati fuerunt, ob-
lectarunt, voluptate perfuderunt, mellis-
cissima

tissimæ fuerunt, iucundissimæ &c.
Habes materiam, tuum erit componere.
Experiamur igitur. Faciamus periculū.
CH. Tuæ literæ magnopere me delecta-
runt. Tua epistola mirifice nos exhilara-
uit. AV. Verte actiuum in passiuum, alia
erit facies. Vt, Dicit non possit, quam tuis
sim scriptis exhilaratus.

Item, per alia verba idem
efficientia.

Tuis ex literis incredibilem coepi
voluptatem. Ex epistola celsitudinis tuæ
plurimum voluptatis accepi. Non me-
diocrem lætitiā tua mihi scripta attule-
runt. Gaudio tua me scripta, quantus
eram, perfuderunt. Hic non ita liceret
mutare in passiuā, nisi in illo postremo,
perfusus gaudio, quod vsitate dicitur.
Capiebatur a me voluptas, Allatum est
gaudium, non perinde vsitate dixeris.

PER AFFICIO.

Singulari voluptate literæ tuæ me
affecerunt.

F iij Muta

MUTA IN PASSIVVM.

Tuis scriptis incredibili sum affectus voluptate. Non parum gaudiorum tuum nobis epistolium peperit.

PER SVM, ET NOMINA ADIECTIVA.

Tuæ mihi literæ multis modis iucundissimæ fuerunt. Fuit tua illa epistola sane quam gratissima.

PER NOMINA SVBSTANTIVA.

Ineffabili voluptati tua nobis epistola fuit. In credibili iucunditati fuerunt tuæ literæ.

COMMUTA IN negationem.

Tua scripta non mediocri lætitiæ fuere. Nihil in vita tuis literis accidit iucundius. Quanquam hac ratione aliquoties iam vsi sumus, quæ non est negligenter prætereunda. Nam quoties, multum, plurimum, singulariter significare volumus,

volumus, per contrarium verbum idem
efficiemus. Vt vehementer te amat
Henricus. Haud vulgariter te amat.
Multum me iuuat vinum, haud parum
iuuat. Est vir singulari ingenio. Est vir
ingenio, non vulgari. Est homo doctri-
na admiranda, Est homo non contem-
nenda doctrina. Thomas est summo
apud suos loco natus. Non infimo loco
natus. Augustinus eloquentissimus fuit.
Non ineloquens fuit. Carneades orator
fuit nobilis, non ignobilis, non obscu-
rus. Et id genus similia, quæ nunquam
non vsu veniunt. Sed admonuisse rem
clarissimam satis est. Nec te lateat, bis-
fariam nos huiusmodi orationum gene-
re vti, modestiæ causa, præsertim si de
nobis ipsis loquamur. Tum etiam am-
plificandi gratia. Nam non ingratum,
pro valde grato, non vulgariter, pro
singulariter, recte & venuste dicimus.

MODETIAE CAUSA.

Ego literis meis nõ nullã doctrinæ sum

F iij

opinionem

opinionem consecutus. Semper curavi,
vt in literaria gloria non postremas par-
teis tenerem. De amplificatione superio-
ra sunt exempla, nunc ad nostra reuer-
tamur. Nihil tua epistola vnquam eue-
nit gratius. Nulla res maiori vnquam
voluptati fuit, quam tua scripta. Nulla
vnquam ex re tantundem coepi volupta-
tis, quantum ex tuis literis amantissimis.
Hoc modo singulae orationes superio-
res poterunt variari per interrogationē.
Quid tuis literis in vita tucundius esse
potuit? Quid epistola illa tua nobis eue-
nit dulcius? Quid ita oblectauit vn-
quam, vt proximae tuae literae? Hoc
modo rursus singulas fere orationes
variare licebit. CH. Quid deinde fiet?
AV. Iam paulo liberius totam oratio-
nem vertimus, vt vnā dictionem plu-
ribus verbis circumloquamur. CH. Dic
exempli causa. AV. Quod modo per
nomen incredibile, modo per aduerbi-
um incredibiliter, dictum erat, vnā
dictionem aliquot verbis commutabi-
mus. Literis consequi nequeam, quantū
tuis

tuis literis sim delectatus. Et mihi scriptu,
& tibi creditu perdifficile fuerit, quantæ
iucunditati tua mihi scripta fuerint. Ex-
plicare prorsum nequeo, quam sim tuis
literis gauisus. Et item in infinitum.
Rursum alio pacto. Nam hactenus &
per negationem, & per interrogationē,
postremo per infinitas orationes varia-
uimus. Nunc per subiunctiuas siue con-
ditionales variabimus, hoc modo. Mo-
riar, si vnquam quicquam fuit tuis lite-
ris, aut optatius, aut dulcius, Peream, si
vlla res maiori voluptati fuit, quam tuæ
literæ. Ita me Deus amet, vt nihil in vita
tuis literis accidit iucundius. Et item alia
multa in hunc modum excogitare lice-
bit. CH. Quid deinde? Nunc ad trans-
lationes, similitudines, & exempla fugi-
endum est.

TRANSLATIO EST in his.

Accepi literas tuas, quæ mellitæ fue-
runt. Nihil nisi meræ deliciæ tua mihi
F v scripta

scripta videntur. Mera voluptas sunt
tuæ literæ. Et huiusmodi plurima. Sed
cauendum, ne obsoletis, aut duriori-
bus translationibus utamur, quale est
illud, Iuppiter hybernas cana niue con-
spuit Alpes. Et quale est illud, Coena
tuorum scriptorum me suavisissimis epu-
lis refecit.

COMPARATIO

a simili.

Tua scripta, omni vel ambrosia
vel nectare suauiora fuere. Lite-
ræ tuæ quouis melle mihi fuere dul-
ciores, Epistola humanitatis tuæ, & sili-
quam omnem, & mel Atticum, & sac-
carum omne, nectar, ambrosiamq; deo-
rum, longe superauit. Hic quicquid dul-
cedine nobilitatum est, in medium ad-
duci potest.

AB EXEMPLO.

Nunquam

Nunquam adducar, ut credam He-
ro Leandri sui literas aut maiore volup-
tate, aut pluribus osculis accepisse, quam
tuas accepi. Vix crediderim, aut Scipio-
nem, euerfa Carthagine, aut Paulum
Aemilium, capto Perseo, magnificentio-
rem egisse triumphum, quam ego, simul
ac inauissime tua scripta, tuus mihi tra-
bellarius redidit. Huiusmodi tum ex
fabulis, tum ex historijs infinita pos-
sunt inuenti. E Physica vero sumun-
tur rerum similitudines, quarum, quam
plurimarum naturas memoriter tene-
re necesse est. Nunc si libet, in alia sen-
tentia tentemus.

NUNQAM DVM VI-
uam tui ero immemor.

Semper dum viuam, tui memine-
ro, Quoad viuam, nunquam me tui cas-
piet obliuio. Prius viuere desinam, q̄
tui meminisse.

Per

PER COMPARA TIONES.

Si umbram corpus poterit effugere,
se, & hic animus tui quibit obliuisci. Tui
memoriam ne Lethæus quidem annis
poterit abolere.

PRAETEREA PER

& *δι' ἑναντίων*, aut more poe-
tico per contraria.

Dum iuga montis aper, fluuios dum pis-
cis amabit.


Ante leues ergo &c. quæ non est
multi negocij excogitare. Verum ne
immodici videamur, his in præsentia
contenti simus. Alias, si voles, copio-
sius hac de re colloquemur. CH. Ego te
Augustine iam plane exhaustum putas-
bam. Sed tu præter expectationem no-
uum thesaurum indicasti, quem si per-
gas explicare, nox ante occupauerit.
quam tibi eadem de re desint verba.
AV. Si ego hoc mediocri & doctrina &
ingenio

ingenio præsto, quantum Ciceronem
ipsum ualuisse credis, qui cum Roscio
histrione certasse legitur? Sed sol nos
reliquit. Humescit coelum, præstat imi-
tari auiculas, tectoq; ac lecto nos conde-
re. Proinde vale mi Christiane sua-
uissime in crastinum. CH. Tu
itidem bene valeas Au-
gustine omnium
doctissime.

••

ingentis prelio, quantum Cicero
ipsum valde erudit, qui cum de
historia certasse legimus. Sed hoc nos
reliqua plurima volumus tractare
et sic autem erudit et hoc nos
et sic erudit vale et sic erudit
erudit in eruditum. Oportet
erudit hoc vale. Au
erudit omnium
erudit.





155649

AB 155649

ULB Halle

3



003 932 311



geb. 6.58 cl.R.







QVOTIDIA
NI SERMONIS
Formulæ commu-
niores,

EX ERASMI COL-
loquijs, tum alijs, in pue-
rorum vsu des-
cerptæ,

VITEBERGAE
apud Georgium
Rhau.